23

DE NUTRITIONE FOETUS

QUAM,

FAVENTE DIVINO NUMINE

Ex conſenſu magnifici D. Rectoris

SUB PRÆSIDIO

Viri Clariſſimi & Exercitatiſſimi,

D. D. CAROLI DRELINCURTII

Regis Galliarum Conſiliarii Meritiſſimi, & Principis de Turennâ olim Archiatri Feliciſſimi nec non LUGD-BAT. Profeſſoris Medici Primarii Celeberrimi.

Publice Examini proponit

Autor & Reſpondens

THOMAS KENNEDUS, Scotus.

Ad diem 15 Julii, loco horiſque ſolitis.

1185. g. 1
23

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud ABRAHAMUM ELZEVIER,
Academiæ Typograph. MDCLXXXII.

Nobiliſſimis Ampliſſimis Colendiſſimiſque

VIRIS

SOCIETATIS MEDICÆ EDINBURGENSIS

Collegis Digniſſimis, in honoris & obſervantiæ debitæ, animique incrementum Ornatiæ mentum perpetuum Voventis, teſtimonium, dicat

NECNON

Nobiliſſimo Experientiſſimo

D.D. CAROLO DRELINCURTIO

Anatomico Accuratiſſimo; Practico Sagaciſſimo; Medico, ſi ullus, Abſolutiſſimo, Patrono & Præceptori meo, in animi perpetuò Devinctiſſimi ſignum, dat

DENIQUE

Spectatiſſimo & plurimum Reverendo

D. GILBERTO KENNEDO

Verbi Divini Miniſtro Fideliſſimo ἀμεμπτῳ, Parenti meo, in filialis non interituri obſequii notam, dedicat

[illegible] Q. Q. Opellam
ſeque [illegible]a totum.

THOMAS KENNEDUS.

DISSERTATIO MEDICA

DE

NUTRITIONE FOETUS

§. 1.

SUper viventia, primevæ benedictionis vi peculiare bonum conſtitutum eſt; quod nec toti nec alteri hujus univerſi parti competit: quo alternatâ ortus & interitus viciſſitudine æternitatem æmulantur. In determinando eo verò, quod viventibus inditum, iſti novæ ſtirpis ſucceſſioni patrare indeſinenter ſuſtinet, plurimi ſe magis anxios, quam ingenioſos eſſe produnt. Quibuſdam placet, Deum ſanxiſſe concurſum cardinalium mundi partium, ſuperiorum cum inferioribus, ut hominem plaſment; quaſi naturæ πάρεργον eſſet: ut olim Stoici, hominem eſſe ſuperiorum ἀπόσπασμα quoddam, ſeu faculam ætheris deſilientem, commenti ſunt. Alii, qui generationis continuationem, & quidpiam hac benedictione animalibus collatum fuiſſe negant, dicunt Deum in principio determinatum numerum animalium omnibus ſuis partibus completorum creaſſe: eumque in partibus genitalibus hominum & animalium primorum obſeraſſe. Quibus commentis non immoror. Mihi vero (qui in hiſce abſtruſis proferendis conatus fatigare non ſtatuo) ſatisfacit, concipere generationis continuationem conſiſtere in eo, quod aſſiduâ traduce à protoplaſtis, Characteriſmi ſeu expreſſa digiti divini artificia, principiis materialibus humani corporis impreſſa, propagantur: vi cujus opulenti fœnoris in ſubactiſſimâ corporis materia ſigillati, & (poſtquam organorum complementum, & exinde humorum æquabile & defæcatum genium ipſius molimini multiplicativo obſecundant) efflorеſcentis in partibus genitalibus, humoribuſque jugi circumactu alluentibus, portiones

[illegible] penu [illegible], totius corporis vivaci-tas, habitus hirſuties, & æqualitas; ſenſuumque omnium & judicii agilitas in utroque ſexu, reſultant: nec non ὁρμὴ illa æſtera, in qua tota vitæ ſenſitivæ hypoſtaſis [illegible] verſus inclinata, humorem illum ſubalbidum veſiculis ſeminalibus contentum, luxuriante penu Spirituum ſpumaſcentem, eliminat; quo totum ſequioris ſexus corpus prolifico fermento innovatur; idque non mero evanido contactu ſed perſiſtente partium ſubtiliorum contagio:

§. 2. Quarum Schematiſmi & Latentes proceſſus cum nobis poſtliminio tantum & ex effectis elucent; verbis plurimarum prævîarum mutationum terminos tantum conſpectiores, quales ſunt fermentatio, rareſcentia &c. indigitantibus, deſignandi veniunt; nemini enim Spirituum fæcundantium priores motus, eorumve ſubtiles greſſus ad alterationum ratas periodos properantes, introſpicere conceditur: ſine experientia vero & debitis inſtantiis, ex longâ ſerie cogitationum in rationum putatitiis analogiis & congruitatibus fundatâ, modum fingere & naturæ imponere, à foro medico alienum eſt & nullius prorſus uſus.

§. 3. Quantum ad meum attinet Lemma, ſcire ſufficit, quod licet plurimæ mutationes in corpore muliebri poſt conceptum obtinent, eas continuatas & efficaciores tamen in utero & appendicibus obſervari: eaſque præcipue, quæ primo ſe produnt, conceptui fovendo & nutriendo, ex eodem ſimilari & homogeneo liquore, à carceribus ad calcem, apparatu tamen adauctiore pro œconomiæ fœtus exigentia, inſervire: quem apparatum nutritium adauctum duplici alimento animalibus naſcituris (ex analogia ad pennatorum nutritionem) adſcripto æquivalere, ſequentia ut ſpero evincent.

§. 4. Poſtquam locus conceptui fovendo & nutriendo dicatus, ſeminali aura (cujus imediato appulſui, mediante numeroſâ vaſorum hypogaſtricorum & ſpermaticorum vario ſerpentino aliquando capreolato decurſu, vaginam uterum tubas ovaria perreptantium, ſerie, obvius fit) inſpiratus eſt, in levem & ſpongioſam pulpam turgeſcit: quæ tumentior ab initio conceptus in brutis apparet; deinceps vero, verſus interiora ſubſidens, uterus tenuior fit, & interior tunica in tubercula inflari cernitur; quæ papilliformia ordinatâ ſerie diſpoſita, in Cervis & Damis Cl. Har-

veus

veus, & ſimilia in piſce [illegible] deſcripſere; [illegible] cujus etiam ſebriores, verſus [illegible] corpus in [illegible], Nobiliſſ. Præſes in Collegiis anatomicis exhibuit: in fœminis vero à primo conceptu ad partum uſque uterus perpetim incraſſatur: adeo ut eò, ubi conceptus perficiendus eſt, humorum copioſus affluxus, & pro eorundem ſelectione glandulosæ pulpæ aggeneratio, ſaltem intumeſcentia, obſervabilis ſemper eſt: quam eſſe in omnibus ſecretionibus copioſis, tam ſanis, (quam morbidis, vide Celeberr: Dn: Drelincurtii obſervationem de carunculis in veſica &c. accuratiſſimam tertium hôc annô recuſam,) naturæ Methodum, Anatomicorum Clariſſ: experimenta & ratiocima evincunt. Cujus Mechanices ratio elegans eſt; eâ enim, vaſorum diverſorum anguſtiæ & minima oſcilla ſitum & reſpectum diverſorum humorum receptioni & motui appropriatum, & ſtabilimen nanciſcuntur: eâdem etiam, totidem Spirituum influentium diverticula conſtituuntur; ex quibus dum in humores tranſeuntes radiantur, iis motum, ſubtiliationem, & vigorem, conciliant; quibus humores à ſanguinis conſortio ſejuncti indigi plurimum ſunt, utpote in motu & fluxilitate fatiſcere apti.

§. 5. Nec diſſimilis apparatus circa pellucidum globulum in ovario deprehendere eſt; vaſa enim ante inconſpicua turgeſcunt, & textura fibroſa ovum complicans, tumefit; quæ à ſpiritibus fœcundantibus ſtimulata, exiles ſurculos arterioſos ad ovum protenſos, conſtringit; ovumque ad foramen in calyce recluſum extuberare facit: tubæ vero (cujus etiam circumductu aura ſeminalis ovarium afflat, ſi ſuperfœtatio non ſit molienda), rubeſcentis, ampliatæ, & à Spirituum ſeminalium orgaſmo, ad motum ſuum lumbricalem irritatæ proboſcis ad ovarium contorquetur; ovumque in papillam extuberans expanſionis muſculoſæ digitis, velut complectendo, abſorbetur; quod motu tubæ erugatæ & erectæ contractili, in uteri cavitatem devolvitur; cujus variæ, in diverſis animalibus, figuræ conformem figuram induit; licet in omnibus animalibus (exceptis piſcibus quibuſdam) ova in ovariis, & quum fœtus, ultimo geſtationis tempore, includunt, ad rotunditatem accedunt.

§. 6. Nec hiſce uteri & texturæ fibroſæ motibus renituntur expanſiones aliformes, quibus tubæ & ovaria colligantur; utpote laxæ & libere fluctuantes, ſoli enim utero connexæ ſunt (quod etiam agnovit Kerckringius, ſed uſum viz:) utero tubas & ovaria

 colli-

[illegible] uteri & appendicum, ab acuratiſſ. Præſide dictis, atque ab his per modum ulceris & inflammationis, ovi excluſione, nauſeæ & vomitus, in initio conceptionis, cauſas quidam repetunt: quorum ſymptomatum alias etiam cauſas agnoſco quæ non ſunt hujus loci.

§. 7. [illegible] in utero & appendicibus mutationes primo conſpicuæ, quibuſdam forſan, manifeſtas alterationes aucupantibus (dum in liquore pellucido ovis contento, in quo à puncto inconſpicuo totius futuræ fabricæ textura redorditur, nullas in initio mutationes deprehendere potuere) anſam dederunt, utero primas & præcipuas generationis partes tribuendi: ſed acuratiorum ſolertia detexit hos apparatus, inſervire tantum filtrationi & adaptationi ſucci nutritii; qui familiaritatem, cum liquore fœcundato ovis contento ulteriorem conſequitur, ab aura ſeminali uterum attollente & ſubigente eandemque [illegible] in humores appellentes ad nutritionem & fœtum inſervituros, reiterante, quam ab initio ovo impertivit.

§. 8. Sed ut intelligatur, quo pacto nutrimentum primordiis fœtus accedit, ex obſervatione Harvei Malpigii & aliorum conſtat, cicatriculam Dilatari, & confluxu colliquamenti in cacumen aſſurgere, priuſquam punctum avidum alterna receptione & propulſione purpureæ guttæ micaturum, diſcerni queat: conſtat etiam liquorem, tum in Chorio contentum, tum in amnio mole ſua, multum ſuperare, humorem vero Amnii ſeu colliquamentum teneriſ puncti micantis initiis, parce & regulariter (ut ex primo in eo apparenti Syſtoles & Diaſtoles Rhythmo, liquet) ſuppeditari; quod ſine canaliculis ingerentibus venarum rudimentis, nequit fieri; in quibus, primo per colliquamentum, proxime per ſuccum albugineum protenſis, liquor nutritius calore ambientium fuſus, recipitur; ubi à Spiritu vitali & aliquali [illegible] ſubtiliatus in rutilantes globulos ſero innatantes ſanguinemque conſtituentes, tranſmutatur: qui puncto albeſcenti in meditullio colliquamenti pedetentim inſtillatus, ipſum Dilatat, à cujus Syſtole propulſus, arteriarum ſtamina per colliquamentum viſcerum loca deſignantia, molitur: redeundo ad idem punctum palpitans venarum rudimenta moliturus: quam choream, in caloris, vitæ, nutrimenti, actionumque roboris impendia ad vitæ uſque terminum [illegible] ſuſtinet: hinc liquet hæmatoſin, non ſolius cordis opus eſſe quidem

colliqua[illegible] [illegible] (quae [illegible]
hus; albedo [illegible] perſiſtente.

§. 9. Nulli [illegible] tempore dum corporatura partium, mucoris inſtar, arteriarum ſanguiſ ſuccreſcit, quia humor limpidus in cicatricula (jam in [illegible] expanſa) contentus [illegible] ſit, ante veſicae & reliquorum [illegible] formationem abſolutam; unde neceſſe eſt, ut ipſius portio per partium mucoſam texturam [illegible] ſanguini ad Cor redeunti immiſceatur: à qua (ſanguine [illegible] unaquaque Diaſtole, [illegible] Cordis [illegible]) pedetentim ampliantur & protelantur vaſa egerentia, quibus Corporatura ſuperior accreſcens, & deinde inferior, tota compages, quarto demum menſe, abſoluta, & integumentis circumambientibus incluſa, viſitur: & tum demum [illegible] humorum circumfluentium intercipitur; quamdiu neceſſarius videtur, donec formatio aliquatenus abſolvatur; hoc enim circumfluo humore cautum eſt, ne corpora ſolida Spiritibus prolificis in exarandis & protelandis membris impedimento ſint, quod neceſſario fieret, ſi clauſtro partium ſolidarum undique obcincti eſſent: eo etiam, incremento ſtatim proſpicitur, quod quartam circiter obtinet partem in proportione ad augmentum corporis in reliquo vitae decurſu: propter enim minorem partium [illegible], humor (minus quam aër) viventium incrementum officit, parteſque ſubtiliores in augmentum ceſſuras minus depeculatur: ut quae viventia aquarum incolae, proportione habita, animalia terreſtria mole longè ſuperant.

§. 10. Licet humor ille primordialis in cicatricula, accedente colliquamenti [illegible] expanſa, depuratiſſimus ſit, verumque [illegible] alimentum: tamen poſt partium abſolutam Syſtaſin, ab immixtione humorum à viſceribus depurativis ſecretorum [illegible] & defaecatam amittat genium, neceſſum eſt: ita enim in ſtructura viventium comparatum eſt, ut alimentum ſimpliciſſimum licet, à principiis ſanguinis activis undique penetratum & conquaſſatum, in [illegible] contexturas, variarum partium anguſtiis & colis appoſitum, diſgregetur. Quam oeconomiam nemo inficias depegare poteſt, poſt partium omnium abſolutam deliniationem, humorumque motum & fluiditatem auctam, à quorum [illegible] partium diffluxa & mucoſa rudimenta perpetim verberantur [illegible], habitumque conſiſtentiorem naſcuntur;

ſcuntur ;

[illegible] unde [illegible] (seu lymphæ Spirituus [illegible] [illegible]) ulterior ſecretio conſequitur (ſicut in recens natis [illegible], quibus à ſuſcepto aëre, ſanguine ſubtiliore & mobiliore reddito, mucoſæ iſtius ſubſtantiæ copioſa per aures, nares, os, ſecretio ſuccedit; eademque tum paſſim per meſenterii glandulas, Thymum, Mammas &c: diffluа reperitur) præſertim à capite & viſceribus (dum pulpæ eorum à Spirituum & humorum [illegible] & motu vario, in debitum ſitum Scheſin effigiantur) à quibus per organa idonea mucore iſto ſecreto, in primis viis copioſe [illegible]: conſtituitque papaverculum illud, quod ab expertiſſimo D. Dreſincurtio didici eſſe Amalgama Salivæ bilis & lymphæ, à capite, jecore & pancreate, glandulisque inteſtinorum depurativis depluentium: eoque inteſtina ab extremo Recto ad duodenum uſque nono demum menſe repleta deprehendi: cujus ſubſtantiæ viſcidam acrem & cum crepitu inflamabilem vim produnt dira illa Symptomata quæ infantes torquent, ubi poſt inſpiratum aërem ejus excretio confeſtim non ſuccedit. Ejuſdem ſterilis Lymphæ ad extimum Corpus per glandulas miliares, ſat copioſam excretionem indicant, cruſtæ mucoſæ lamellatim concreſcentes aliquando in membraneam rigiditatem ſolideſcentes; (vid: Miſcell: Curioſ: An: 10 Obſerv: 177 & Hoferum pag: [illegible]) quibus totus infans, Lorica velut indutus, ſqualens lucem [illegible]: quibus accedens Renum recrementum in infantum corpuſculis ſero tantum non diffluis copioſiſſimum Urethra, non Uracho (qui nullus eſt) in circumfluos humores exturbatum, conſequens eſt ut

§. 11. Ex humorum heterogeneorum in Amnio congerie, exurgat miſcela turbida, [illegible] in [illegible] coloris, odoris nauſeoſi, ſaporis inſtar urinæ [illegible] poſt exhalationem in vaporario ſedimentum ſaponem nigrum exactè referens, relinquit. Quæ non tantum ex probatis experimentis, ſed quotidiana etiam eorum experientia, qui parturientibus obſtetricantur, conſtant; qui teſtes ſunt iſtius fœtoris humorum prorumpentium [illegible] viſu fœdæ quâ tota infantum corpuſcula collutulantur. [illegible] humorum heterogeneam [illegible] arguit turgeſcentis illa [illegible] partui prævia, quæ (iis deorſum [illegible]) membranæ in pyramidem faſtigiantur & rumpuntur: adeo ut raro, [illegible] humanus fœtus membranis integris involutus [illegible] (aliter obtinet in iis fœtibus qui Urachum habent) [illegible] [illegible] [illegible]

est,

ris, impotentiorum ac incertis [illegible] qui legem [illegible] moræ in [illegible] geſtationis tempore præmiſſis [illegible] tum circa abortum [illegible] ſed ſalvo, & uſque ad [illegible] partus tempus, robuſtiore vigente fœtu: partus vero cauſa exponi poteſt, ſicut ovum maturum Spiritu prolifico imprægnatum fœta emanatione turgeſcentium Spiritum à conſortio corporum contiguorum abſcedens, in papillam emancipatur; ita ſimilis, in placentæ & uteri contextum ſpongioſa ἀκμῇ, inque Spiritibus & humoribus infantis ad vigoroſum motum à complemento partium ſolicitatis; quâ, cardinata iſta uterinæ placentæ Syſſarcoſis à ῥοπῇ humorum, pari niſu utrinque alluentium & ſuccuſſantium, fatiſcit; unde fœtus tanquam maturus fructus decidit. Aliæ cauſæ apud Thruſton de Reſpir: Harveum de partu, S[illegible]lium, Laurentium, Riolanum, &c: viſendæ ſunt; at hæc meo judicio eſt primaria.

§. 12. Sed ne ab argumento digrediar, fœtum nutritionem [illegible]unde quam ab hiſce macris & vapidis humoribus proſpiciendum, quam naturæ ductum ſecutus, ſic deduco; quicquid in ſanguineâ maſſa continetur illud nuſquam ab ejus conſortio ſejungitur, niſi vaſorum anguſtiis & partium diverticulis ſecretum, per alios ductus tanquam ex novis fontibus ſcaturiat; cùm verò in toto corpore nullum detur filtrum, quod ſanguinis puporam naturaliter ſeceruat, facile liquet (eò quòd inter vaſa uterina & umbilicalia nulla detur Syſtomoſis) per apparatum nutritium illum tantum humorem fœtus nutritioni ſuppeditari, qui cum reliqua ſanguinis materni contextura, lautiorem habet compagem; qualis eſt qui nutrioni corporis materni impenditur, ille ſcilicet humor [illegible]cus, qui preſſura inteſtinorum & viſcerum ambientium in oſcula Lacteorum propulſus, inque πανδοχεῖον Pecqueti confluxu Lymphæ dilutus, unde per ductum thoracicum & cavam deſcendentem ſanguini in thalamo cordis dextro affuſus, cujus Spiritu intime penetratus & recluſus, nec non partium circumducentium κλόνῳ agitatus, in humorum, Spirituum & partium ſolidarum nutrimentum faceſſit; viſceribuſque (in tranſitu) colatoriis, humores quos percolare ſolent ſuppeditat: unde & humor limpidus (per uteri ſubſtantiam fungoſam traductus, craſſuſculus) in exordio conceptus Chorion oblinens, qui vivificâ ambientium aura fuſus, ſine ulteriori apparatu in venarum umbilicalium ramenta per Chorion ſparſa, & verſus uterum oſcilla exerentia, transfretatur: donec

 Gran-

Grandeſcente & corporato fœtu, humorum circulus, ut partium [illegible] ; ſed non quantum [illegible] nexum (humorum [illegible] legi motui appropriatu) [illegible]dum, tantopere requiſitus, propter, tamen, [illegible]ituum inopiam (à ſtuſilitate cerebri & exinde embryonum perpetuo ſomno) & partium angiportus collabi aptos, operoſus admodum; neceſſum eſt, ut novo ſuccreſcente organo, fœtus abſolutioni provideatur, quod ipſum eſt placenta, quæ arteriarum umbilicalium (ab extrema aorta deſcendente aliquando ab Iliacis protenſarum, ſecundum Kerckringium) ſurculis, multijuga ramificatione per glutinoſum Chorii cum [illegible] vinculum propogatis (ſicut uvæ racemis) accreſcens: ſubactioris ſucci à matre tranſudantis, & ſanguinis à fœtu venientis, [illegible] organon exiſtit; unde humorum fœtus ſtabilis, quoad [illegible], unio, ſtuſilitas & color, hincque Spiritualcentia œconomiæ infantilis abſolvendæ adpropriata, reſultant: quibus etiam ſpirituoſus latex à nervis uterinis refuſus, & inter globulorum placentæ diverticula diffuſus, non levem adfert Symbolam.

§. 13. Hic fertiliſſima problematum ſeries ſe ſiſtit quæ ex dictis ſat commode deduci poſſe non diffido; ſed propoſiti ratio id non permittit. Verùm non tranſibam illud quod hinc manifeſte patet, alimento fœtus duplici non opus eſſe, ut elaboratius viz: ſimpliciori ſuccedat: non enim ſeminales vires [illegible] mixtorum evolutioni patrant, pro idæarum varietate compoſitiorem materiam exigunt, ſed eadem omnium ſimplex materia multiplices Scheſes induit [illegible] ſeminalis principii deſtinatione; ſecundum [illegible] Helmont: ita [illegible] alimentum ſimpliciſſimum licet, multiplicibus organorum characteribus texturas conformes induit: omnem enim iſtam (quam ſupponunt, alimentum ſuccedens præ ſe ferre) elaborationem, & majorem etiam in placenta ſuccreſcente obtinet. Cujus ſuperficies in parte uterum verſus convexa, variis protuberantiis uteri Cotyledonibus dimenſis, inæqualis eſt: figura vero ut plurimum orbicularis; quod ſi animalium quadrupedum figuram aliquando mentiatur (quæ, quorundam arbitrio, anſam dedit iſti de molis volaticis commento, de quibus vid: Act: Danica An: 1.) inter inſolentiora naturæ producta eſt reputandum.

§. 14. Situs placentæ variat; in carinata enim embryonum figura, quâ ab initio formationis incurvari deprehenduntur (adeo ut hic

ut hic ſitus totius corporis œconomiæ maximè congruus videtur ; funiculus propagationis antrorſum protenſus, ſincipitium genubus contiguum, aliquando à dextris à ſiniſtris aliquando perreptat; adeoque ejus in uterum radicatio reſpective varia eſt, & hinc placentæ ſitus: iſta vero geſtationum diverſitas, Sublimis, Infima, lateralis una & altera, non ab eo, ſed à viſceribus in Abdomine ab incremento uteri varie diſpoſitis, dependent: qui viſcerum ſitus in eadem muliere variari cernitur, niſi à malâ quadam conformatione determinetur; ut in gibboſis, quibus, viſcerum elatione inhibitâ, Geſtatio ſemper infima fit; quæ & ut quibuſdam placet, partui magis confert.

§. 15. Ex dictis liquet fætum non nutriri tota corporatura ſanguinis indiſcriminatim, alias nullo apparatu opus eſſet, præter eum, qui menſtruationi inſervit: quæ obiter, nullius fermenti uterini ope perficitur, ſed ab effluviis ovorum maturorum (quæ efflorefcentiam, ſeu flores iſtos maturitatis prodromos emittunt) in univerſum Corpus diffuſis, à quibus, præter alia plurima, ſanguineum iſtud tributum dependet.

§. 16. Hinc liquet quomodo ſolvi poſſit nodus iſte Harvei quem toties nexuit in Excercit: de partu, & in Epiſtola ad Riolanum; qui fiat ſcilicet: quod fætus poſt ſemel inſpiratum aerem, ſi ejus uſura iterum tantillum ipſi denegetur, confeſtim moriatur: cauſa procul dubio eſt quod fætu ſecundis exuto, abruptoque funiculo umbilicali; circulus ſanguinis per vaſa umbilicalia & embyonica, neceſſario intercipitur; unde aliis Machinis redordiendus eſt, ſcilicet pulmonibus, quod ſine reſpiratione nequit fieri.

§. 17. Ex his conſtare putem apparatum nitritium in exordio conceptus ſe præcipuè ex parte uteri tenere; quo nihilominus, alimentum tenellis fætus primordiis familiare, ſuppeditatur; & demum fætui integrato placentam ſuperaddi: quod quorſum fieret ſi nutritio per os tum initiari debuit: ſimplici enim & ordinaro naturæ, in omnibus ejus productis, progreſſui, ἀσύςατον eſſet; ſi iſtius adaptati & familiaris humoris, in viſceribus culinaribus paraſceve redordiaretur: niſi ſtatuamus cum Gourvæo in ſuis parodoxis, & Everardo, nihil per venam umbilicalem fætui ſuppeditari, ſed ſuccum altilem de pluere ab utero in placentam ab hac in Chorion à quo in Amnion, undè à fætu ſugitur: ſi ſciſcitetur quo modo depluat nuſquam exponunt, niſi quod alicubi mentionem faciunt raritatis

[illegible] in cavitatem abdominis, quam ut per [illegible] & tot integumentorum involucra, ſine [illegible] directore, tam conſtanti ritu transflueret.

[illegible] quod ingenioſior eſt Cl. Whartoni ſententia, (quam, priuſ-[illegible] meliora didiciſſem arripui videlicet) liquorem in Amnion tranſudare, per minutilas papillas quibus funiculi involucrum aſperatur: ſed præterquam quòd iſta ramificata (ut vocat) gelatina, interventu Chorii & Amnii à placenta ſejungitur, dum funiculum intra Amnion tantum involvit; male œconomiam viventium conſuluit, dum Caſeoſam Chyli partem à ſeroſa ſejunctam, per tramites tam diſtinctos communicari ſupponit; ſuppoſuiſſet potius lacteam, utpote majoris præparationis indigam, partem per os ſumi deberi. Sed cum nulli conſtantes & indubitati ductus, humorum Amnii jugi reſtitutioni requiſiti, aſſignari poſſunt: tranſeo ad

§. 19. Suctionem, quæ eſt rei ſuctæ preſſio ab aëre ambiente compulſo, ut ipſi definiunt; ergo ſuctio nulla ſine reſpiratione; quam ideo Charleton, pro reſpiratu fœtus, tanquam rationem areopagiticam obtruſit; ſed quam indigno ratiocinio aliis judicandum remitto. Accedit quod paulo ante partum, teſte Harveo Excercit. 69. Oris rictus ſine labiis & buccis, ad utramque aurem protendi cernitur, labiaque ſuperiora tardiſſimè coaleſcere (in iis vero nunquam, quibus lympha impetuoſior aut acrior ex ductu ſalivari exteriore in papillam ultimam verſus partem oris exteriorem deſinente, exſtillans, coalitum labii fruſtrat; taleſque labiis ſciſſis aut leporinis lucem auſpicantur, adeo ut nunquam ſugere poſſint) mirum quo pacto, ſine labiis (immo ſine capite & ore ut in fœtubus quibuſdam, aliàs integris, teſte Graaff.) Embryones ſugere, vel quovis modo cum delectu, ut ſupponunt, partem humorum puriorem, ſeligere poſſint.

§. 20. Deinde Chyli Anadoſis, ſine viſcerum ambientium, ope reſpirationis, iterato pulſu, difficilis ſi non prorſus nulla ſit. Præterea obtentu tuberculi ad dextram Cordis auriculam concurſum ſanguinis aſſurgentis & deſcendentis, dirimentis, Chylus cum ſanguine deſcendens à foramine ovali prorſus arcebitur: unde ſequetur majorem (utpote continuo Chyli tributo auctam) ſanguinis partem, à ventriculo dextro verſus pulmones propulſam, per meatum arterio-

quenter non tantum placentæ [illegible] & motui contribuens, erit inutilis; ſed ab [illegible] ſiniſtro ventriculo, ſanguis diſtribuetur; [illegible] natura, intento velut digito, demonſtrabit cuipiam, qu[illegible] nis cerebri figmentis, ſerio ejus librum evolvet.

§. 21. Fateor, hæc obſcuriora eſſe quàm ut à me illuſtrentur, in quibus natura tot ſeculorum ingenia, tam infeliciter (ne dicam incaſſum) deſudarunt: nec mirum, ab inconſpicuis enim animalium exorientium initiis, per varios incrementorum progreſſus, & apparatus, cujuſvis animantis ſeminio præcoci & ſertino proportionatos, procedendo, ſubductâ ratione certam & conſtantem naturæ methodum in animalium geneſi incremento & complemento determinare, planè arduum eſt. Verùm quæ heic, ſaltuatim proponuntur, nullus ejuſmodi epicriſin eſſe profiteor, acuratiorum obſervationibus & experimentis conformia tamen exiſtimo: aſt eorum quæ, in hac diſquiſitionum feraci materia, dici poſſunt, vix indicis loco habenda.

ΠΑ'ΡΕΡΓΑ.

1. Ovorum ſubventaneorum & pſeudocyematum rejectiones frequentatæ, ſterilitatem efficient perpetuam, niſi mutetur conſortium.

2. Dantur ova gemella, quadrigemella, tot, quot prolum geminationes fieri obſervantur: quæ non chorio omnibus gemellis individuo; ſed amniis, & funiculis in placentam quidem multiplicem aſt indiremptam inſertis, ſejunctæ ſunt.

3. Menſtrua præcotia, ſterilitatis, cachexiæ, epilepſiæ, vel alterius gravioris mali prodromi, reputanda ſunt.

4. Infantum crania ſuturis & commiſſuris laxis colliguntur, ut capite in anguſtum compreſſo partus facilitetur.

5. Suturarum etiam laxa compages, in infantibus epilepticis, quibus ultimo erumpente ſpiritu cranii oſſa agitantur & mutuò colliduntur, conſpicua fit.

6. Pariendi tempus homini certum: dantur tamen partus ſeptimeſtres octimeſtres maturi & vivaces.

7. Venæ nullæ intrant cranium: ſanguinis tamen circulus; à ſuperioribus quàm inferioribus partibus celerior eſt.

8. Variolæ non magis à miaſmate monſtruali dependent, quàm alii πυρετοὶ πεμφιγώδεις.

9. Intumeſcentia corporum mulierum poſt partum laborioſum mortuarum, à ſolâ vehementi omnium muſculorum, inter parturiendum, contentione & niſu, non eſt repetenda.

10. Arteriarum & venarum ſynanaſtomoſes nuſquàm; vaſorum verò ejuſdem generis congreſſus ubivis reperire eſt.

11. Λορδώσεως gibboſitatis, repanditatis &c. focilumque in pueris Rachiticis diſtortorum cauſæ, oſſibus non ſunt imputandæ.

12. Renes calculis onuſti eſſe poſſunt; nulla tamen nephritis.

13. Quùm, utero ſcirrhoſo aut polypis infarcto, per aliàs procedat partes menſtruum tributum, menſtruationis aliunde quam ab uterino fermento cauſa repetenda eſt.

14. In morbis Hyſtericis dictis uterus inſons: at teſtes non, atheromate ſteatomate &c. humoribus croceis æruginoſis atris &c. ſæpiſſimè diſtenti.

15. Excretio globulorum membrana obductorum per alvum, aliundè quàm à meſenterio eſt deducenda.

16. Gonorrhea mulierum nec uteri nec teſtium eſt affectus.

17. Ve-

17. Venis valvulæ duplices triplices imo quintuplices, lunares pyriformes ſunt: arteriis & nervis nullæ.

18. Pleura ſolitariè poteſt inflamari, cùm inter eam duplicem decurrant vaſa ſanguinea.

19. Glandulæ ſuccenturiatæ dictæ, cùm cavæ ſint, non ſoli percolationi inſerviunt.

20. Venæ ſectio in apoplexia, quàm pleuritide, remedium præſtantius eſt, in inflammationibus non ἀν-ϛροφικοῖς inutile.

21. Membrana allantois, à chorio diſtincta, nulla.

22. Uſus ligamentorum uteri rotundorum & latorum (ut vocantur), ſinuum & ſuturarum cranii, muſculorum ciliarium, nec non glandularum viz. Epiploicarum, œſophagi, renalium, bronchicarum, inteſtinorum, inguinum, proſtatarum, etiam thymi, Conarii &c. Authoribus ignoti ſunt.

23. Dantur diarrhœæ cerebrales, & ſtomachicæ; ſunt humorum in corpore humano cataclyſmi, quibus ſuppetandis totius corporis cataractæ non ſufficiunt.

24. Quòd unum ovum ab alterutro teſticulo, & non bina, utrinque ſc. unum, ſeligetur; non ab organorum concurſu & directione, quæ utrinque præſtò ſunt, ſed ab ipſius ovi maturâ ad fertilitatem diſpoſitione, ejus abſceſſui opitulante, dependet; ut ex ovis ſubventaneis abſque coitu expulſis liquet.

25. Macula ſeu cicatricula, amnii rudimentum, in omnium animantium ovis fœcundis pars primordialis & eſſentialis eſt: verum venæ umbilicales (& alii quivis ductus) quum ſpirituum fecundantium tramites in primis eorum motibus exhibent tantum, ante ipſorum ſpirituum motum fœcundantem exiſtere, non ſunt ſupponendæ.

26. Partium ſanguinearum & ſpermaticarum diverſitas;

[illegible] circulo completo & vigorem [illegible] inde eſt, quod hi duo [illegible] venarum tractus [illegible] tur & perrepent.

27. Placenta, non tubulorum uteri, nec venarum ſed arteriarum umbilicalium tantum, progenies eſt.

28. Ex cordis dextro ventriculo in foetum per venam embryonicam tranſitus nullus.

29. Humor pericardii à glandulis extra ipſum ad baſin cordis ſitis non fluit.

30. Initiis febrium Chronicarum ſalſa & inſipida, declinationi verò amaricantia, antefebrilia, adhibenda.

31. Abſque aëre halitus, flatus, ructus &c. nunquam in corpore excitantur: unde ſonitus à gravidis auditi, non infantum vagitus, ſed matrum borborygmi, ab eliſis flatibus per anguſtias tubuli inteſtinalis à compreſſu uteri aucti productas excitati, reputari debent.

32. Ante placentam nulla depurativa ſecretio in Embryonibus perficitur; in ipſis verò eſt pulmonum vicaria.

33. Qui ſoli literaturæ tralatitiæ fidit, Phyſicus peſſimus at pejor medicus cenſendus eſt.

Δόξα Θεῷ ἐν ὑψίστοις.